



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 Ecclesiae presumuntur regulariter liberae, nisi contrarium probetur, & in Episcopi potestate consistunt, in cuius territorio sunt positae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cilium spectabat, quia de eis per concilium nihil fuit dispositum, & ita censuit eadem saera congregatio super predicto cap. 9. ut in decisi. §. congregatio censuit cognitionem, & super cap. 13. seß. 14. sub tit. de præsent. §. non liceat, & §. intelligitur. Si vero jura patronatus fuerint servata ea lege expressa, quod præsentatio fieret capitulo, seu dignitatibus cathedralis ecclesiæ, salvum adhuc manet istud ius præsentationis capitulo, seu dignitatibus, ex decreto sacri conc. d. cap. 9. vers. quoddam ad inferiores: examen vero, si de simplicibus beneficiis agatur, prius faciendum est ab Episcopo ordinario, ex dispositione ejusdem sacri conc. cap. 13. de reform. seß. 7. & dicto cap. 9. si autem de parochialibus agatur, examen fieri debet ab examinatoribus, ad formam prescriptam, in cap. 18. de reform. seß. 24. & à Pio V. in litteris, de quibus in Bull. cap. 32. & alias modo supra expresso.

23 Tempus ad præsentandum + patrono laico est cursus quadrimestris, etiam si persona esset ecclesiastica, dummodo jus patronatus sit laicale, si vero ius patronatus sit ecclesiasticum, tempus patrono competens est semestre, & ita distinguit text. in cap. unico, §. ult. de jur. patr. in 6. & si jus patronatus esset mixtum, ut quando 25 patronus ecclesiasticus habet compatrium laicum

24 Habeut etiam sex menses + ad præsentandum, quia ratione communionis privilegium ecclesiæ transit ad laicum, ad instar ejus, quod dicimus de eo, qui habet rem communem cum pupillo, gloss. in d. §. ult. verb. ecclesiasticus.

Nam si communem fundum quis major cum pupillo habet, licet neuter utere-

tur, tamen propter pupillum, cuius pars est inusucapibilis, & major viam retinet, l. si communem, & ibi gloss. in ver. & ego, & Bart ff. que via modum servit. amic.

25 Acquiritur jus patronatus + præcipue fundatione, dotatione, vel constructione, ut supra in principio, dummodo consensus dicæclani, sive fit clericus, sive laicus, qui ecclesiam, vel capellam fundet, construat, vel dotet, accedit, cap. nobis, & ibi Abb. n. 2. de jur. patr. Calder. in cons. ultimo, & Roch. de Cur. sub verb. pro eo, quod in tract. eod. tit. n. 2.

Secundò, successione, quia transit cum universitate bonorum, gloss. 1. in cap. pie mentis, 16. quæst. 7. gloss. in c. cum seculum, & ibi Abb. num. 3. de jur. patr. & c. Roch. de Cur. sub verb. ipse, vel in num. 1. eodem tract. de jur. patr. Et, si hæredes secundum providentiam, & admonitionem Episcopi ecclesiam tenere noluerint, nec honorare facere licet Episcopo reliquias inde auferre, ecclesiasticæ transferre, cap. considerandum est. 16. qu. 7.

Tertio, donatione acquiri potest, cap. ex insinuatione, & ibi gloss. in verb. contulisset, de jur. patron sed requiritur consensus Episcopi, c. illud. & ibi Abb. n. 6. & idem Abb. in d. cap. ex insinuatione, n. 5. eodem tit.

Ecclesiæ + regulariter præsumuntur liberae, nisi probetur contrarium, cap. regenda, cap. quicunque, 10. quæst. 1. & in Episcopi potestate consistunt, in cuius territorio positæ sunt, cap. omnes basilicae, 16. quæst. 7. nisi alioquin speciali privilegio ab ejus jurisdictione sint exemptæ, cap. cum, & plantare, de privil. & gloss. in dict. cap. omnes basilicae. Ideo Episcopi habent intentionem fundatam, quod beneficia sive libera, nisi constet de jure patronatus, &

si super

²⁷ *U*is super jurepatronatus sitem oriri contin-
gat, dubitatur, si intra quadrimestre, vel
semestre tempus litis finis imponi non
contingat, [†] an Episcopus invitis patronis,
possit beneficio de rectore provide-
re, & est distinguendum, quia, cum Epi-
scopus habeat intentionem fundatam,
quod omnia beneficia sint libera, aut lis
pendet inter procuratorem cameræ Epi-
scopalis prætendentis beneficium vacans
pertinere ad meram collationem Epi-
scopi, & esse liberum, & ipsos patronos
prætendentis jus præsentandi, & patrona-
tus ad eos pertinere, & tunc, lite
pendente, non potest Episcopus provide-
re invitis patronis, sed debet ponere ceco
nomum in ecclesia, qui provideat, ne in di-
vinis detrimentum patiatur, usque ad
finem litis, Innoc. in cap. 1. in fin. de jur.
patr.

Aut lis pendet inter ipsos patronos di-
scordes in præsentatione, seu inter litigan-
tes, quorum unus prætendit, alterum non
esse patronum, aut jure suo cecidisse, vel
cenuciasse, & tune ipsis invitis, salvo jure
præsentandi illi, qui postea evicerit juspa-
tronatus in fine liti, Episcopus poterit de
rectore ecclesiæ providere, cap. quoniam in
fin. & cap. eam te, & ibi gloss. & Abb. n. 1.
2. & 3. de jur. patr. gloss. in cap. cum vos. in
vers. economos, de offic. ord. Innoc. in d.c. 1.
circ. fin. & ita distinguit gloss. in c. si plures,
16. quest. 7.

Lite finita, queritur, [†] nunquid præ-
²⁸ sentatus ab eo, qui favorabilem reporta-
vit sententiam, debeat institui, & provi-
sus ab Episcopo removeri, & aliquibus
videtur, quod non: contrariam tamen sen-
tentiam puto veriore, quod sit removen-
dus, & hoc casu præsentatus à patrono est

instituendus per text. in c. decernimts, 16;
quest. 7. cap. consultationibus, & ibi gloss. fi-
nal. de jure patr. quia pro non dato habe-
tur, quod ab illo datur, qui de jure donare
non potest, cap. nostri. & ibi gloss. in verb.
revocare, de elect. & cap. quod autem, in fin.
de jure patr. deducta verò in contrarium
procedunt in præsentato ab uno ex patronis
in possessione jurispatronatus existenti,
contra quem, non obstante, quod in pro-
gressu liti feratur sententia, non est ren-
vendus, & in his terminis de Episcopo, qui
erat in possessione conferendi, loquitur
Covarr. lib. pract. qu. c. 14. n. 2. ver. tertium
imm.

²⁹ *J*uspatronatus, [†] quod originem ha-
buit ex patrimonio alicujus laici, &
quod fuit patronatus laicorum, queri-
tur, an si postea donatione, testamento,
aut alio quovis titulo, in ecclesiam fue-
rit translatum, aut in collegium ecclesi-
sticum canonicorum secularium, vel
regularium, ita quod ad rectorem eccle-
siæ, vel collegium, pertineat præsentatio,
retineat qualitatem jurispatronatus laico-
rum, vel mutet naturam, & efficiatur jus-
patronatus clericorum, & ecclesiasticum,
& eandem naturam consequatur, & vide-
tur, quod retinere debeat suam primam na-
turam jurispatronatus laicalis, quia persona
ecclesiastica habens juspatronatus laicale
infra quadrimestre, pro ut laici, præsentare
debet, quamvis in jurepatronatus ecclesi-
stico habeat semestre: & cum ecclesia, sive
collegium in jure alterius succedat, eodem
jure uti debet, l. qui in jus, ff. de reg. jur. &
cap. ii, qui in jus, eod. tit. in 6. Tamen,
quia res est facta ecclesiastica, ecclesi-
stico debet jure censer, gloss. in cap. unic.
in verb. semestre, de jur. patr. in 6. & quod
efficia-